UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 88.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

CHILpericus timens Guntramnum & Childebertum in Camaracenſem cum theuſauris omnique præſidio eſt aggreſſus: per ipſumtimorem, exercitum ſæpe mouebat & reſidere faciebat. *Caput 88.*

CHildebertus in Italiam abijt, & Langobardi ſe ſuæ ditioni commendant: glorioſe exinde Childebertus reuertitur. acceperat prius à Mauritio Imperatore quinquaginta millia auri, vt Longobardos de Italia expugnaret: ſed non ſolum eis non nocuit, ſed amicitias cum ipſis inijt. Leopildus, vt ſupra fecimus mentionem, filium ſuum Ermengildum interfecit. *Caput 89.*

CHilpericus & Fredegundis filia eorum cum multis theſauris & multitudine famulorum in eius miniſterium direxit, quam filius Leopildi accepit vxorem; nec poſt mora extante Chilpericus Calamvvillam nec procul à Pariſijs ab homine nomine Falcone qui miſſus à Brunichilde fuerat, eſt interfectus, & crudeliſſimam vitam digna morte finiuit. *Caput 90.*